

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3418

Auteur(s) : Louis IX, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Richard Pigache, bourgeois de Caen [autre]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1229, mai

Lieu d'émission : Paris

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Louis [IX, roi de France,] concède à cinq bourgeois de Caen des biens situés à Caen à tenir du roi et de ses héritiers moyennant les rentes annuelles fixées respectivement.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi, Caen*, Harde (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 369, p. 58.

Texte établi d'après a

Ludovicus, etc. Notum, etc. Quod nos Richardo Pigace, burgensi nostro de Cadomo masuram illam que fuit Roberti de Baiocis tradidimus cum quadam platea vacua juxta eandem masuram sita, sicut se protendit in latum et longum, pro IIII libris turonensium reddendis nobis ad duo scacaria singulis annis. Tradidimus etiam Radulfo Vituli tertiam partem duarum domorum que site sunt in mercato, juxta ecclesiam sancti Salvatoris, pro XXX solidis annui census, nobis ad duo scacaria similiter persolvendis. Henrico autem de Ponte Audomari tradidimus domum illam que fuit Henrici de Baiocis, que videlicet domus sita est juxta venellam Roberti de Baiocis, pro XXXIII solidis annui census nobis similiter ad eosdem terminos persolvendis. Tradidimus etiam eidem Henrico masuram unam sitam juxta domum Martini Ruffi pro XX solidis censualibus nobis ad dictos terminos reddendis annuatim. Tradidimus preterea Huberto Ansere unam masuram que fuit Gaufridi filii Petri, et que sita est juxta domum Guillelmi de Lactretine, videlicet in magno vico pro XL solidis annui census nobis reddendis ad terminos prenomatos. Tradidimus etiam Johanni Guinguen unam masuram vacuum prope domum suam sitam pro XX solidis annui census reddendis nobis similiter ad terminos prenotatos. Predictas autem domos, masuras et plateas, apud Cadomum sitas, tenebunt de nobis et heredibus nostris in perpetuum burgenses prenominati et heredes eorumdem, reddendo nobis et heredibus nostris singulis annis predictum censum integre ad terminos supra annotatos, non obstantibus elemosimis seu redibitionibus vel redditibus aliquibus, si pro dictis domibus masuris et plateis alicubi redderentur vel deberentur. Quod ut, etc. Actum Parisius anno Domini M° CC° XXIX°, mense Mayo.